

fuisse affectus eadem; 3. nostris utitur calamitatibus, arumnis, doloribus, ut nos a peccato ad suam revocet servitatem.

Par altera: quid facere debeat pro sua Conversione peccator, ut praevenienti Dei bonitati respondeat: 1. fatigare non debet clementissimi Domini patientiam aeternis cunctationibus, sed celeri, sinceroque reditu divinae bonitati respondere: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Pl. 94. 2. sermo, atque ex toto corde suo reverti debet ad Dominum: Convertimini ad me in toto corde vestro. 3. generose omnes obices suae obli-vissent Conversioni debet infringere atque strenue ea superare, a quibus prohibetur, ne se penitus Dei servitio devoteat.

III. Cum peccatoris Conversio reditus sit ad Deum, a quo propter scelera sua recessit, tria in hoc reditu sunt consideranda, quae triplicem sermonis partem possunt constituere; videlicet terminus a quo discedit, quod est peccatum; terminus ad quem accedit, qui est gratia, iustificatio, amicitia Dei; & denique via, per quam peccator revertitur ad Deum, & consuetae illae rationes, quibus ut plurimum utitur Deus ad peccatorem ab errore suo revocandum.

Punctum primum. Terminus, a quo recedit peccator, status est peccati, & inordinatae vitae flagitia; ubi considerari potest infelicitas, cui erat obnoxius, funestis sui erroris effectus, periculum in nullam reditus spem intereundi, nisi divina misericordia eum celeriter revocasset. Quodnam bonum, quas gratiarum actiones Deo reddere teneat pro incomparabili hoc beneficio? Quam illi memendum, ne per infidelitatem se iterum in abyssum hanc praecipitem tradat? Quae opus est cura, ut impoterum se ab omni scelere abtineat?

Punctum alterum. Terminus, ad quem hic reditus refertur, gratia est, iustificatio, adoptio divina, ius ad coeleste Regnum, atque ejus hereditatem: peccator hanc omnia recuperat, quorum iacturam miserissime fecerat. Quam mutationem? Quam felicitatem? Quae beata sors in Conversione hac reperitur? Duorum horum statuum institui comparatio potest, & late alterius quidem infelicitas, alterius vero beatitudo amplificari.

Punctum tertium. Rationes variae, quibus ad nos convertendos utitur Deus, totidem sunt huius reditus viae. Offendendum est, quomodo utatur Deus, & iis quae bene, & iis, quae male accidunt nobis, prosperis, atque adversis, uti liquet in prodigi filii reditu: praesertim vero diligenter explicandum est, hanc artem esse divinae providentiae, quae per iacturam omnium fortunae bonorum, honoris, valetudinis, & eorum omnium, quae in mundo charissima sunt, ad Deum nos redire compellit.

IV. Commune hoc argumentum est, & a pluribus usurpatum, qui de Mariae Magdalenae conversione loquentes offendunt, quas conditiones habere debebat peccatoris conversio.

Conditio prima; prompta esse debet contra dilationes, & cunctationes, quae passim afferuntur, & propter quas plerumque poenitentiae consilium evanescit.

Alteria; esse debet generosa, ut omnes obices, qui adversantur, infringat.

Tertia; esse debet constans, atque durabilis.

V. Cum peccatoris conversio sit de inordinata in ordinatam vitam mutatio, opus est, ut mutatio haec in mente, in corde, & in exteriori etiam vivendi ratione inveniat.

Punctum primum; Mutatio mentis. Peccator omnes relinquit opus est ideas, quas primum fovebat de huius mundi bonis, nobilitate, opibus, voluptatibus, ut ea contemnat, quae antea habebat in pretio, eoque sensus induat de Deo, de aeternis alterius vitae bonis, qui maxime debeat. Re ipsa in peccatore, quem Dei manus tetigit, & qui sermo converti cogitat, repente mirabilis accidit mutatio, vel potius inversio primarum idearum; alias habet cogitationes, cognitiones alias; quidquid magnam in mundo est, in mente illius evanescit, vel deletur a recentibus veritatibus, quas illi Deus aperit, vel iis rebus, quas antea quidem ignorare non poterat, sed nunquam in tanta luce conspexerat: Spiritum rectum innova in visceribus meis. Pl. 50.

Punctum secundum; Mutatio cordis. Opus est, cor non esse amplius idem, ac antea, alios habere fines, alia studia, affectiones alias, ac prorsus opposita illis, quas antea lovebat: Cor novum crea-

in me Deus. Quemadmodum antea sua requirebat commoda, solatia, voluptates, nunc mavult secedere, mortificari, sese interius colligere. Quod si affectus non mutat, oportet saltem, ut eorum mutet objecta.

Punctum tertium; Exterioris vivendi rationis mutatio. Mutatio interioris extrinsecus etiam in nova vitae disciplina se prodare necesse est, mutato etiam statu, si liqueat, illum, in quo haecenus peccator vixit, periculosum esse, & saluti perniciosum: veram mutandi salutem sunt mores, atque actiones, ita ut non amplius furat iracundia, nec vanus sit, loquendi pristinam rationem relinquat, omnes evitet occasionem &c.

Misericordia, & veritas obviaverunt sibi, iustitia, & pax osculatae sunt. Pl. 84. Offendi misericordiam, & iustitiam, misericordiam quidem ex parte Dei, iustitiam vero, ex parte peccatoris.

Primo. Misericordia ex parte Dei vocantis, & praestolantis peccatorem divina cura indignissimum, illum recipientis, illis parcentis, eque incomprehensibili bonitate amicitiam suam relinquentis &c.

Secundo. Iustitia ex parte peccatoris, qui 1. Deo reddit gloriam, & cultum, quem illi rapuerat; 2. ulciscitur, reparatque injuriam, quam ipsi intulerat, quandoquidem poenitentia ducitur, concipitque dolorem; 3. proponit Deo satisfacere poenis voluntariis, quibus lenitissimum addidit.

Pro Dominica Passionis, aut sub illud tempus, Salvatoris Crux, quam nobis ob oculos ponit Ecclesia, triplici hac de causa nos ad veram Conversionem debet excitare.

1. Crux aperiens, quam caetera, nobis aperit nequitiam, & enormitatem peccati, quod mortem attulit Deo. Ita videmus quamplores Judaeos, qui ejusdem morti consenserant, eamque enixius poposcerant, ubi eundem in Cruce animam efflantem conspexerunt, dolentes rediisse: Percussentes peccata sua. Luc. 23.

2. Nobis ostendit magnitudinem misericordiae Dei, qui spem nobis tribuit, & qui eam nobis promeruit, si passionum illius virtutem nobismet applicare velimus; quae profecto spes nos excitare debet, ut fidens ad misericordiam ipsius confugiamus: Adhaerens cum fiducia ad thronum gratiae. Ad Hebr. 4.

3. Docet, tempus hoc maxime idoneum esse ad perfectae conversionis gratiam obtinendam, hoc quippe tempore Salvalor nobis audiendus paratior est, & fortius nos ad se trahit: Si exaltatus fuerit a terra, omnia traham ad seipsum. Joann. 12.

De tristitia, ac dolore ob Deum laesum, qui profecto dolor efficit poenitentiam, & peccatoris conversionem.

1. Dolor hic iustus, & legitimus est ob gratia iacturam, & ipsum Deum amissum: hanc enim unica iactura est, quae sit deploranda.

2. Dolor hic utilis est; per illum enim recipimus, quidquid amiseramus, & injuriam, damnumque receptum, atque ac contumeliam illatam Deo reparamus. In aliis quibuscumque occasionibus dolor fere inutilis est.

3. Dolor hic suavis, & iocundus est, quippe moraliter certa nota est, Deum nobiscum suam aeternam misericordiam.

Ad veram conversionem tria requiruntur, quae in paucissimis inveniuntur peccatoribus, & quae quotidiana quoque die infrequentes efficiant conversiones.

1. Conversionem summopere optare debemus: at plerique eam tepide volunt, eorum desideria infirma sunt, languida, & sepe etiam simplices velleitates.

2. Magna vi opus est ad superandos obices, qui nostrae conversioni adversantur: at hominum plerique ignavi sunt, atque imbecilles tantum conatus exerunt.

3. Firmum, & constans requiritur propositum relinquenti peccatum: at plerique sunt inconstantes &c.

Dolor ob laesum Deum, in quo interior poenitentia, & vera cordis conversio consistit, debet

1. In omne reliquae vitae spatium permanere.

2. Infringere obices omnes prohibentes, ne penitus nosmet addicamus Deo.

3. In omnia vitae nostrae peccata se extendere, atque completi conatus propositum nunquam impoterum lethali noxa Deum laesendi.

Ut ad veram, sinceramque conversionem perveniamus, duo sunt absolute necessaria.

VI.

VII.

VIII.

IX.

XI.

Pri-

Primum, ut omnino peccatum relinquamus stabiliter, constantique proposito.

Alterum, ut nihil intentatum relinquamus ob delendam nefariam animi propositionem, quae nos in crimine pertrahit, ne eadem rursus nos in scelus impellat. *Essais de Sermons pro Adventu.*

XII. Cum nobis persuasum iam sit, uti oportet, de necessitate nosmet convertendi, & redeundi ad Deum, quem sceleribus nostris relinqueramus.

Primo videamus conversionis huius difficultates, ut eas superemus.

Secundo causas earum perpendamus, ne animos despondeamus.

Tertio consideremus, quid ad hoc factu opus sit, ut hoc perficiamus. *Pater Girouss tom. 2. Quadragesima.*

XIII. De vera peccatoris conversione juxta exemplar Filii Prodigii.

1. Incipit ille sermo seipsum considerans, suumque statum, atque miseriam pendens: *In se reversus.* Luc. 15.

2. Praetertiam felicitatem cum praesenti egestate comparat; videt dirimentem inter Patris sui domum, alienaque terram; horrore capitur licentiae illius, cuius amore solam patriam reliquerat. *Surgam, & ibo ad Patrem meum.* Luc. 15.

3. Denique, postquam intra se salutaria inicit consilia, illa extrinsecus exequitur; adit Patrem suum, eique misericordiam inplorat: *Pater peccavi in Caelum, & coram te.* Luc. 15. *Essais de Sermons in tertiam Quadragesimam Dominicam.*

XIV. Rationes duae, propter quas peccatores pauci vere convertuntur.

Prima; pauci norunt infelicitatem, in quam ipsos precipites agit peccatum.

Secunda; pauci norunt gratiam, quam illis confert Deus, eorumdem poenitentiam respiciens. *Idem pro Adventu.*

XV. Verae conversionis exemplar in S. Pauli Conversione propositum.

1. Deus peccatorem hunc illustrat nitidioribus luminibus suis: *Circumfulsit eum lux de Caelo.* Act. 9.

2. Deus eum autoritate ad ipsam loquitur, eique suam voluntatem significat voce gratiarum suarum: *Adiuro orem;* hanc peccator audit, eique respondet.

3. De mente illius omnes auferretideas bonorum, atque voluptatum huius mundi: *Aperis oculis nihil videbas;* alios oculos, abumque ei tribuit intellectum. *Essais de Panegyriques in S. Pauli Conversione.*

XVI. De fallaci plurimorum poenitentia, deque illusionem in hac re muerenda.

Primum, eorum conversio plerumque simulata est, & hypocrita; Mutatio non est in corde, & in voluntate, sed in externo oris habitu, & ad breve tempus durat; quandoque etiam non mores mutati sunt, sed tempora, fortuna, valetudo, status, officium.

Secunda, conversio haec est inconstans; & quantumvis bonum suscepisse propositum videatur, permanent, vel post aliquos dies tales rursus evadant, quales erant.

XVII. Peccatoris conversio a tribus pendet.

1. A consideratibus praeteritorum, ubi vitae suae flagitia, infelicitatis abyssum, in quam praecipuerat, & periculum mortis aeternae, quod subiebat, perpendit.

2. A constanti proposito, quod pro futuro concipit.

3. Ab oneribus, quae suscipit, quibus pro tempore praesenti se subicit.

XVIII. 1. Peccatoris conversio magno cum dolore perficitur; hi sunt dolores parturientis.

2. Postmodum vero magnam adfert laetitiam, ut Salvalor ait; *Mulier, cum parit, tristitiam habet; cum pepererit, iam non meminit pressurae; quia natus est homo in mundum.* Joann. 16. Similiter per poenitentiam homo novus paritur.

XIX. Tria essentialia poenitentiae officia; mutare mentem, hoc est poenitentiae principium; mutare cor, haec est essentia poenitentiae; mutare vitam & mores, hic est poenitentiae effectus.

1. Mutare mentem; videlicet in poenitentiae statu contemnere ea omnia, quae in peccati statu habitae fuerunt in pretio, & in pretio habere, quidquid fuerat contemptum.

2. Mutare cor; videlicet odisse, quod amabas, & amare, quod oderas.

3. Vitam, moreque mutare; nempe fugere ea,

quae facere confueveras, & facere, quae fugiebas. *Ex Patre de la Rue Sermones S. Magdalene.*

PARAGRAPHUS II.

Fontes, Auctoresque, ex quibus possit deprimi copia ad proposita Concionum structuras exornandas.

S. Augustinus in Pl. 43. & 98. Peccatorem S. Augustini Pa-

vere conversum, & poenitentem describit. *Idem in Expositione Pl. 37.* ostendit peccatori poenitentiam agenti scelera desinenda esse; quod ipsum uberius docet in libro de poenitentiae utilitate. In libro de vera, & falsa poenitentia ostendit illis, qui vere conversi sunt, cessandum non esse quominus lacrymis sua eluant peccata; & in libro de spiritu, & anima demonstrat rationem, propter quam in hac vita nobis plorandum est.

Idem in libro 50. homiliarum, homilia 50. suggerit causas verae compunctionis; quod ipsum praestat Auctor sermonum ad fratres in Eremito, qui inter S. Augustini opera invenitur.

Idem, vel potius Auctor quaestionum in veteris, novumque Testamentum quaest. 102. docet, peccata nunquam esse remittenda, nisi peccator eorum dolore afficiatur.

Idem in expositione Psalm. 6. 83. 92. 101. 102. ostendit, quid faciat Deus pro conversione nostra, & conatus a nobis exorandos, ut divinis respondeamus consiliis; quae de re loquitur etiam in sermonibus 12. & 54. de Verbis Domini.

Idem l. 14. de Trinitate. c. 17. docet nequaquam momento fieri perfectam peccatoris conversionem.

Idem in Confessionibus peccatorum suorum dolorem exprimit vocibus adeo teneris, tanquam affectu referis, ut legitibus visus sensus insperet, praesertim vero l. 5. c. 7. 10. 11. & 13. & l. 8. c. 1. 2. 3. 4. 5. 9.

Tertullianus in libro de Poenitentia pulcherrimas habet hac in re sententias, quarum explicatio optimam moralem doctrinam suppeditat.

S. Cyprianus tractatu de Lapsis loquitur de dolore, quo alicui poenitentes debent ob peccata sua.

S. Gregorius libro quarta Moralium c. 17. & l. 18. c. 24. ostendit quantopere dolendum sit peccatori converso pro antea vitae flagitiis.

Idem l. 3. Dialogorum cap. 34. refert, & explicat plures compunctionis, & amaritudinis cordis species.

Idem l. 3. in textum capitis primi Regum libri ostendit, quomodo Deus contritam peccatorem consoletur.

S. Ambrosius in poenitentiam David plurima habet, eaque pulcherrima, ad peccatorem conversionem spectantia.

S. Chrysostomus in quadam homilia in Epistolam ad Corinthios loquitur de dolore, quem ob divini Nominis maiestatem laetam habere debet Peccator. Hoc ipsum ostendit hom. 9. in c. 4. Epist. ad Hebraeos.

Idem duos edidit libros de Compunctione cordis.

Idem hom. 5. de Penit. tom. 5. docet, ignem Inferni, quem sceleribus nostris meriti sumus, lacrymis nostris extinguendum esse, & quamnam sit virtus lacrymarum poenitentiae.

Idem hom. 22. ad Populum Antiochenum conversos Peccatores hortatur ad peccata sua in hac vita desinenda; hoc enim tempus est poenitentiae.

Origenes hom. 1. in Pl. 37. hac Prophetiae explicans verba, *Non est pax oculis meis a facie peccatorum meorum,* ostendit, Peccatoribus indefinenter ob oculos habenda esse peccata sua, eorumque dolorem in corde retinendum.

Idem hom. 5. in cap. 7. Levitici plurima habet huius argumenti.

S. Basilus in Psalm. 73. ostendit exemplo David, quam esse debeat in poenitente peccatore spiritus compunctionis.

S. Bernardus Sermon. 1. de S. Magdalena peccatorum dolorem thymiamati confert, quod JESU CHRISTO acceptissimum est. De hoc etiam verba facit in libris de Consideratione, & Conversione ad Clericos.

S. Laurentius Justinianus adhortationem conscripsit, qua peccatores excitat ad conversionem.

S. Bernardinus sermo quarto Sermon. 37. de peccatorum conversione, & poenitentiae spiritu verba facit.

Al-

Albertus Magnus libro de Paradiso animæ, verbo Penitentia.

Quicumque ex SS. Patribus homilias, vel sermones ediderit in S. Pauli, & S. Magdalene conversione, necnon in Filii prodigii parabola, utiles adificuere considerationes ad Peccatorum conversionem spectantes, uti SS. Augustinus, atque Bernardus.

Alecci aliique.

Granatenfis in Duce peccatorum validissimas rationes collegit, ut illos ad penitentiam impellat.

Petrus Sanchez in Regio Dei part. 4. c. 7.

Guillelmus Parisiensis in tractatu de Sacramentis, & Legibus.

Cardinalis Bona.

Pater Antonius a Porta ex Carmelitarum Reformatorem familia amplum edidit tractatum theologicum de peccatoris Conversione, ubi quindecim articulis ea omnia complectitur, quæ hac in re scitu opus sunt. Hoc autem præstat in libro cui titulus: La Conduite de la Grace sur la conversion des ames pecheuses, in quinta fundamentali veritate.

Godeau in penitentia tabulis pulcherrimos habet doloris sensus, atque illustra exempla conversionis inquisitiorum Peccatorum.

Pater Haineuve in Ordine vitæ & morum tertia parte sermone septimo loquitur de difficultate conversionis peccatoris illius, qui sæpe divinos affectus conscripsit scilicet 5. & illius, qui peccati alicujus habitum habet, scilicet 6. & 8.

Pater Nepveu tom. 4. Christianarum Considerationum pro octava die Octobris, doloris, & contritionis causas, & sensus suppeditat.

Pater Gogou in usu Sacramenti Penitentia, capite de cordis Contritione.

Reina Concione septima de Ninivitarum Conversione, & Penitentia.

Mainbourg sermone pro sexta feria post alteram Quadragesimæ Dominicam. De via, & reditu peccatoris.

Biroat in Adventu suo sermonem habet, ubi loquitur de conversionis penitentia; uti quoque in altero Adventu suo, quem super penitentiam est elocubrat.

Joly tom. 1. Propositionum ostendit, in quo vera penitentia consistat, & de illius loquitur necessitate, facilitate, duratione.

Pater Texier Sermone pro quarta Dominica Adventus, hoc ipsum argumentum pertractat.

Pater Giroat pro feria sexta post quartam Quadragesimæ Dominicam sermonem habet de Peccatoris Conversione.

Pater Bourdaloue in Sermonibus sub ejusdem nomine editis, sermonem habet de Magdalene conversione, ubi eas conditiones ostendit, quæ in vera conversione inveniantur.

Pater Cheminai sermone pro die Paschatis.

Pater Masson Oratorii Presbyter Sermonem habet, ubi loquitur de falsitate, atque inconstantia penitentia plurimorum Peccatorum, & in alio verba facit de mutatione vitæ, atque separatione objectorum, quæ in peccatum nos possunt impellere.

Chenart Doctor Sorbonicus in moralium Sermonum suorum tom. 2. de vera conversione verba facit.

In libro, cui titulus Essais de Sermons pour l'Advent, de variis agit argumentis, quæ conversionem, & cordis penitentiam respiciunt, & in eodem pro Quadragesima Sermonem habet, cujus analogum superius attulimus de peccatoris conversione juxta Filii prodigii exemplum.

In Dictionario Morali, duo Sermones inveniantur de peccatoris conversione, & alii item duo de contritione, & dolore peccatorum nostrorum, cum pluribus animadversionibus ad utrumque argumentum spectantibus.

Buxeus) verbo, Conversio.
Labata)

Alii hac de re sub penitentia titulo sunt locuti.

PARAGRAPHUS III.

Locis, exempla, & applicationes Scripturarum huic argumento.

CUM quaeseris Dominum Deum tuum, invenies eum, si tamen quaeseris ex toto corde, & tota tribulatione anime tue. Deuter. 4.

Si in corde vestro revertimini ad Dominum, auferet Deus alienum de medio vestri, & servite ei soli. 2. Reg. c. 7.

Revertimini a vitiis vestris pessimis. 4. Reg. c. 17.

Convertimini peccatores, & facite justitiam coram Deo, credentes quod faciat vobiscum misericordiam suam. Tob. 13.

Laboravi in gemitu meo, laboravi per singulas noctes lacrum meum, lacrimis meis stratum meum rigabo. Pl. 6.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci. Pl. 50.

Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Ibidem.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum & humilitatum Deus non despicies. Ibidem.

Non est sanctitas in carne mea a facie ire tue; non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Pl. 37.

A voce gemitus mei adhaesi os meum carni meae. Pl. 101.

Remittit consolari animo meo. Pl. 76.

Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Pl. 146.

Peccavi & vere deliqui, & ut eram dignus non recepi. Job 33.

Dixit David ad Nathan: Peccavi Domine: dixitque Nathan ad David: Dominus quoque transiit peccatum tuum: non morieris. 2. Reg. c. 12.

Si penitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum. Eccli. 2.

Convertere ad Dominum, & relinque peccata tua. Ibid. c. 17.

Quam magna misericordia Domini: & propitiatio illius convertentibus ad se. Ib.

Recognabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime meae. II. 38.

Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & revertatur ad Dominum, & miserabitur ejus; & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. Idem.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Pl. 118.

Non est reverja ad me præparavitur Juda in toto corde suo, sed in mendacio. Jer. 3.

Postquam convertisti me, ego penitentiam. Jerem. 31.

Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis que operatus est, vita vivet, & non morietur; omnium iniquitatum ejus quas operatus est, non recordabor, & in iniquitate sua, quam operatus est, vivet. Ezech. c. 18.

Si penitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum ad versus eam, & aquam & ego penitentiam super male, quod cogitavi ut facerem ei. Jerem. 18.

Convertis me Domine, & convertear. Idem 31.

Tu fornicata es cum amatoribus multis; tamen revertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te. Idem c. 3.

Convertio vos Domine ad te, & convertemur. Thren. 5.

Defecit gaudium cordis nostri, & verus est in lacrima choros nobis: via nobis, quia peccavimus. Ibidem.

Redite, prævaricatores, ad cor. Hais. 46.

Convertimini, & agite penitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris; & non erit vobis in ruinam iniquitas. Ezech. 18.

Prospicite a vobis, omnes præparaciones vestras, in quibus prævaricati estis, & facite vobis cor novum, & spiritum novum: & quare mortemini domus Israel? Ibidem.

Convertimini ad me, ait Dominus exercituum, & convertear ad vos. Zach. 1.

Convertere Israel a me, ait Dominus exercituum, & convertear ad vos. Zach. 1.

Convertere Israel ad Dominum Deum tuum, quoniam corruisti in iniquitate tua. Olee 14.

Convertatur vir a via sua mala. Quis scit si convertatur, & ignoscat Deus, & revertatur a furor ire sue, & non peribimus? Jonæ 3.

Revertimini ad me, & revertar ad vos, dicit Dominus. Malach. 3.

Si ductus penitentie cordis reversus fueris ad Dominum in toto corde tuo & tota anima tua, miserabitur tui. Deut. 30.

Amen dico vobis, nisi converteris fueris, non intrabis in regnum colorum. Matth. 18.

Nisi penitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Luc. 13.

Egressus foras Petrus stetit amare. Luc. 22.

Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me traxerit eum. Joann. 6.

Penitentini, & convertimini, ut descantur peccata vestra. Ad. 3.

Quæ secundum Deum tristitia est, penitentiam in salutem stabilem operatur; sæculi autem tristitia mortem operatur. 2. ad Cor. 7.

Advenas cum fiducia ad thronum gratia ejus, ut misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno. Ad Hebr. 4.

Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Joel. 2.

Scrutemur vias nostras, & queramus & revertamur ad Dominum. Thren. 2.

Exempla ex Veteri Testamento desumpta.

Exempli Ad.

Penitentiam, si pro dolore ob divini Numinis majestatem lesam sumatur, eandem patitur cum Orbe terrarum antiquitatem; quandoquidem statim subsecuta est peccatum, quod in terrestri Paradiso primi Parentes nostri commiserunt. Noluit Deus, primos illos Peccatores ad se statim post peccatum facinus accersere; descendit solum in illud deliciarum viridarium, appellavit Adam, qui præ uxore magis erat inexcusable, ut Domini vocem audiens commisi sceleris reminisceretur. Sed improbus, qui ad Creatoris sui clementiam confugere debuerat, confugit ad fugam, ut delitesceret, & ad exculationes, quæ aliquando ipsa noxa nequiores sunt, sed quæ tunc maiorem vim habere ad animæ suæ consulationem, ruboremque tendendum, quam arboris folia, quibus corporis sui nuditatem contexerat. Forsitan ille severissimum mortis evitasset sententiam, quam ex tunc supremus Juxta in ipsum, omnemque ipsius progeniem ejaculatus est, si statim crimen suum fuisset confessus, atque sincero dolore, veraque penitentia malum hoc fuisset deprecatus. Verum cum hoc ipsum facere prohibuerat superbia, Deus illum cum sceleris consorte de Paradiso voluptatis eiecit, cuius per tempus vix pulchritudinem considerare poterat, ut gravissimo dolori torquendus traderetur. Tunc cum ea superbia nubecula, quæ caliginem affuderat menti Proparentis nostri, evanuisset, sceleris sui magnitudinem intellexit. Ipsum conscientia acri, amaræ exprobratione redarguit, & terra, quæ propter ipsum maledicto subiecta fuerat, illi protinus ostendit, quamam esset ea maledictio, quam sibi suo sceleris promeruerat. Tradidit ergo cor suum tristitia; oculi ipsius facti sunt duo lacrymarum fontes, & donec sceleris memoria permanit, eiusdem dolore fuit discruciat. Itaque quemadmodum posteris suis primum sceleris reliquit exemplum, Domini præceptum infringens, primus quoque docuit exemplum, quomodo peccatum sit lacrymis, ac vera penitentia expiandum.

Exempli David.

S. Ambrosius ait, videri David ob id tantum peccasse, ut alios doceret quomodo penitentia sit instituenda. Docuit, hic Pater inquit, quomodo peccatum committatur, ut doceret, quomodo delendum sit, suaque experientia artem fecit, & egrotavit, ut medicus fieret. Post adulterium suum, atque homicidium, quo fidelissimum sibi subditum nequissime sustulit, annum ferme integrum tantum sopitus in profunda scelerum suorum oblivione permanerat, quin conscientia sua redargutionem ne intelligeret quidem; donec Propheta Nathan illum de hoc sopore excitavit, calide oboculatus ejus injuriam statuens, quam Deo, & proximo intulerat. At audita vix salutaris Propheta increpatione turbatus, ac perterritus exclamavit: Peccavi Domine; verba sane amaritudinis, ac doloris reterfissima, quæ fortasse millies, & ultra reliquo vitæ suo spatio iteravit; verba, quæ cordi ipsius tantum dolorem inflixerant, ut peccata sua cogitans nullam posset pacem, & requiem invenire; Non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Pl. 37. Tristis interdum, nodos in assiduis gemitibus transfigebat, lectulumque suum affluentibus lacrymis irrigabat, neque hujus rei contentus Dominum efflagitabat, ut magis, magisque animam suam ab iniquitatibus emundaret, ita ut ne unum quidem earum vestigium supersederet. Hoc ille penitentia præbuit exemplum iis omnibus, qui eundem in scelere sunt imitati.

Exempli Manassæ.

Exemplum Manassæ, cuius penitentia, & dolor in Scripturis describitur, nobis vim illam ostendit, quam contritum, & humiliatum cor habet ad iram Dei, ejusque ultionem flendam. Liceat præ-

terire narrationem scelerum, quibus hic Rex seu ipsum scelerissime conquinaverat: non enim citra horrorem legi possunt. Dicitur fuisse, ipsum vitam suam jugiter in impudicitis, impietatis, sacrilegis transegit, utque iniquitati accederet cumulus, omnibus iis abominacionibus lascivissimas crudelitates addidisset. Quis futurum non credidisset, ut Princeps iste Regum sibi similibus exitum inveniret decedens in impietate sua, ut deinde in eternum iustitiæ ultricis severitate experiretur? Sed Domino suffecit illum in hac vita percutere, & fortasse propter optimi Patris pietatem miserum est Filiu huic conferens gratiam, atque medium salutariis penitentia ob sua flagitia efficiendæ. Manassæ ab Assyriis captus fuit, quitorum illius regnum invaserant, cumque seipsum in terrimum, obicurarumque carcerem coniectum, ferreisque onustum, catenis conspiceret, amarissimis lacrymis præterita scelera profusus est, Deoque effudit humilem illam, ardentemque orationem, cui Spiritus sanctus, qui regit Ecclesiam, in libris sanctis post Canonica scripta honorabilem locum reservari voluit, ut nos doceret, dolorem penitentia patere esse debere scelerum nostrorum magnitudini, & nulla esse adeo magna facinora, quæ contriti, & humiliati penitentis lacryme delere, & expiare non possint.

Nemo unus ignorat, Ninivitarum penitentiam olim Dei iram lenivisse, cum Propheta Jona Dei verbis extremum excidium, integramque Civitatis subversionem minantem, ut fatale fulmen averterent, ad penitentiam confluxerunt. Facta est igitur in tota ingenti hac Urbe morum immutatio, ita ut Rex, qui infamissimus Sardanapalus fuisse creditur, propter mollitiem atque obsequiositatem fortis notus, cum audisset periculum, quod sibi properdebatur, relicto throno, regiæque purpura, sese cilio præcinxerit, ac cinere caput conspercerit. Ipsi etiam pueri, licet innocentes, immo bruta quoque animantia jejuniis severissime servarunt; clamores, gemitusque suos cum nocentium lacrymis immiscuerunt, ut Dei flecteret iram, & ultionem averterent. Illud autem in rem nostram facit, quod animadvertit Scriptura, clamores, gemitusque confusus a Deo auditos fuisse, quatenus erant signa conversionis cordis eorum, & immutationis morum eorumdem: Vidit Deus opera eorum, quia conversi sunt de via sua mala. Jonæ 3.

Exempla ex Novo Testamento desumpta.

Meminisse debemus eorum, quæ scripta sunt de S. Magdalena, quæ hodie exemplar penitentia Ecclesie universæ propositum est; scilicet ipsam peccatricem fuisse, ac pro tali in tota civitate Jerusalem cognitam. At tamen cum Simon illam Peccatricem appellaret, ipsam JESUS CHRISTUS contempsit; non enim amplius peccatrix erat, cum omnino immutata fuisset. Lacryma, quibus tunc Domini pedes rigabat, erant pro ipsa Baptistæ, quæ omnes antea vitæ flagitia abluabant, & magnitudinem doloris, quem ob sua conceperat crimina, eandem jam integerim animabus æquaverat. Verum doloris sui sinceritatem, & conversionis veritatem omnimoda vitæ mutatio probavit quoniam quantum antea licentiam, atque impunitatem amaverat, tantum credit, sibi reliquum vitæ spatium in lacrymis atque penitentia exercitatione transigendum; quantum dilexerat mundum, tantum solitudinem dilexit; quantum cor suum amore profano sedatum, corruptumque fuerat, tantum sancto, divinoque amore fuit purificatum; ita ut semper apertius ostenderit veritatem eorum verborum, quæ ex ipsius Salvatoris ore audire meruerat. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Luc. 7.

In Apostolorum Principe suppedit nobis penitentia, & conversionis exemplum superiorem nequaquam minus admirabile. Necessè non puo hoc in loco referre, quæ ignavia Apostolus hic, qui semper præ se zelum, amoremque erga Magistrum suum tulerat, hunc ipsum negaverit, quem pro Dei viventis Filio fuerat antea confessus. Neque hujus loci reor, memoria repetere occasione lapsus illius, qui Ecclesie firmissimum columnæ futurus erat. Dicam solum, celerem ipsius conversionem, acerbissimum dolorem, jugisque lacrymas, quæ ex oculis ipsius defluerunt, quotiescumque sui sceleris meminit, abunde illud repaasse facinus, quantumvis magnum extiterit. Simul ac enim illum Salvator respexit, Apostolus sese colligens vere fuit Cephas, hoc

Ninivitarum exemplum.

Magdalene conversionis exemplum.

Exemplum S. Petri.

hoc est petra, non virga Moysi, sed JESU CHRISTI obrutu percussa, que in salutare...

S. Pauli exemplum.

S. Paulus conversus, & S. Paulus in virum alium immutatus unum, & idem est; ipse in una, eademque persona...

S. Pauli exemplum.

Nulla minus insignia exempla, puta; Samaritana mulieris, Zachari, & S. Matthai conversionem...

Applicationes quorundam Scripturae locorum...

Cor mandum crea in me Deus. Ps. 50. Quomodo modum creatio supponit nihilum, ita perfecta conversio...

visus est, & gaudere ob ea, que ipsi merorem attulerunt. Hec perfecta cogitationum, affectionum, votorumque mutatio...

Abiit in regionem longinquam. Peccatoris calamitas exhibetur nobis sub Filii prodigi figura...

Amplius lava me ab iniquitate mea. Ps. 50. Hac verba nos docent, alteram esse inchoatam reconciliationem cum Deo...

Spiritus Domini ferebatur super aquas. Genes. 1. Cum Deo Notatu dignum est, neque pulcherrimo vacat mysterio...

Non est reversus ad me peccatoris in toto corde suo, sed in mendacio. Jerem. 3. Exterioribus penitentibus, quodcumque tibi liberit...

PARAGRAPHUS IV.

Ubi emendatio nulla, ibi penitentia necessario vanum. Tert. l. de pen. c. 5. Plerumque seipsum peccatis altere, ingemiscere lacrymis...

peccatis; hic vitam, vita meritis acquiramus eternam. Idem, Sermon. de Adventu ad Judicium.

Penitentiam certam non facit nisi odium peccati, & amor Dei, quando sic paties, ut tibi amarum sapiat in anima...

Proprerant summa oculorum, acceptabile sacrificium tuum, Domine, Idem August. lib. 8. Confess.

Multi genuit, & ego gemo, quia male genuit, Amisti quis numquam genuit, amisti fidem? non genuit.

Stetit Ninive, quod eversa est? Ego autem puto impletum fuisse quod Prophetia predicaverat. Respice quae sunt Ninive...

Hec est magnificentia Domini, justificatio peccatoris, hec est magnificentia Domini: quoniam ubi habundavit delictum, superabundavit & gratia.

Quid est Penitentia, nisi sua in seipsum iracundia? Idem, Sermon. de 4. Temp.

Ascendit homo adversum se tribunal mentis suae, atque ius constituit in corde iudicio, adit accusatrix cogitatio, testis conscientia, carnis timor...

Namquam est sera conversio: Lavo de cruce transiit ad paradysum. Hier. Ep. ad Letam.

Vide quantum sit auxilium Dei, & quam fragilis humana conditio: ut hoc ipsum, quod penitentiam facit, nisi non Dominus ante converteret...

Quae peccata factus iste non purgat? quas involerat maculas hae lamenta non abluunt? Idem, in Epist. Fabiola.

Vera est penitentia, iugiter seipsum commissa diluere, & ablata non iterare. Idem, in Ps. 118.

O felix penitentia, quae ad se trahit auras, & fuerunt Dei sententiam confesso errore mutat? Idem, in Epist. Fab.

Sine aliquo intervallo conjungantur, & lacrymae peccatoris, & misericordia Salvatoris. Ambrosii. Sermon. 6.

Petrus servit amare, sicutque culpam diluit. Idem, in Hymn.

Confessionis suae sctissimum, in perpetua secula, vulgato dolore transmissum. Idem, l. 2. de Apolog. Davidis.

Ule Rex tantus & potens, ne exiguo quidem momento manere penes se delicti passus est conscientiam; sed praematura confessione, atque immenso dolore...

Peccatum, quod per penitentiam non diluitur, movet suo pondere ad aliud habitus. Greg. l. 25. Moral. c. 9.

Penitentiam agere, est perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare. Gregor. in Ev. Hom. 24.

Plerumque sit gratior Deo, post culpam, amore fervens vita, quam securitate torpens innocentia. Idem.

Fletibus se abluat, & lacrymis se baptizat. Cypr. Sermon. de Coena Domini.

Nec quantitas criminum, nec brevitatis temporis, nec horae extremas, si vera fuerit contritio, excludit a venia. Cyrill. ibi.

Seria penitentia nunquam sera. Idem, de Lap. 15.

Semper ad indulgentiam Dei aditus patet. Idem.

Ubi emendatio nulla, ibi penitentia necessario vanum. Tert. l. de pen. c. 5.

Plerumque seipsum peccatis altere, ingemiscere lacrymis, & mugire, dies noctesque ad Dominum Deum tuum, hoc est penitentiam minus. Idem, ibidem.

Multus est peccati ignis, atqui modica extinguitur cum lacryma; lacryma enim rogam extinguit peccatorum. Chrysolom. Homil. 5. de Penitent. tom. 3.

Sola est compunctio cordis, quae sicut ignis omne animum vitium perurit, abstergit universa mala & delicta. Idem, l. 2. de Compunct. Cordis.

Hoc solum est quod a nobis expectetur, ut semper recordemur mala nostra, & conscientiam gestorum habere. Hieron. l. 1. de Contr. c. 1.

beamus ante oculos. Idem, ibidem. Peccator; dicitur: Peccator; & solvisti peccatum. Idem, Hom. 5. de Pen.

Diluvium peccati. Idem, ibid. Sine dolore cordis, mortificationes corporis, penitentiae larva, & umbra ista sunt. Idem, Hom. 5. in Epist. ad Cor.

Firmissime tene, & nullatenus dubita, neminem hic posse penitentiam agere, nisi quem Deus illuminaverit, & gratuita sua misericordia converterit. S. Fulgentius, de Fide ad Petrum.

Felices, sancte Apostole, lacrymae tuae, quae ad diluendam culpam negationis, virtutem sacri habueris baptismatis? S. Leo, Sermon. de Pass.

Descendit gladius pius in viscera peccatoris, & uno eodemque ictu, incoluim corporis manente materia, interfecit veterem hominem, & creat novum. Leno Veron. l. de Pen. ad Neoph.

Dico omnes ignorare Deum, qui nolunt converti ad eum; sermum & terribilem imaginantur, qui amabilis est; & mentitur iniquitas sibi, formans sibi idolum, pro eo quod non est. Bernard. super Cantic.

Solet inter primordia conversionis, acius insurgere tentatio pravae consuetudinis. Idem, ibidem.

Qua fronte attollo oculos ad vulum Patris tui boni, tam malus filius? Exitus aquarum deducite oculi mei, aperiat confuso faciem meam, deficiat in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus, Idem, Sermon. 6. in Cant.

Hoc nempe est salvationis nostrae principium, cum incipimus respicere quod diligebamus, dolere unde letabamur, amplecti quod timebamus, sequi quod fugiebamur, optare quod contempnamus. Idem, Sermon. 2. de Circumcis.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologiae penu ad hoc argumentum possit desumi.

Quamquam sub eodem titulo isthic, & peccatoris conversio, & interioris penitentiam, & peccatorum dolorem, & spiritum compunctionis complectamur, nihilominus discernimus illud, quod mens inter hos cordis actus, & motus statum...

Quid de Conversio, penitentia interior, dolor cordis & spiritus compunctio...

Vera est penitentia, iugiter seipsum commissa diluere, & ablata non iterare. Idem, in Ps. 118. O felix penitentia, quae ad se trahit auras, & fuerunt Dei sententiam confesso errore mutat? Idem, in Epist. Fab.

Sine aliquo intervallo conjungantur, & lacrymae peccatoris, & misericordia Salvatoris. Ambrosii. Sermon. 6. Petrus servit amare, sicutque culpam diluit. Idem, in Hymn.

Confessionis suae sctissimum, in perpetua secula, vulgato dolore transmissum. Idem, l. 2. de Apolog. Davidis. Ule Rex tantus & potens, ne exiguo quidem momento manere penes se delicti passus est conscientiam; sed praematura confessione, atque immenso dolore...

Dicere possumus penitentiam duabus constare partibus; interioribus videlicet sensibus, exterioribusque exercitationibus; & in hac partium varietate non desit, quid spiritali respondeat, quid corpori, interior eundem spiritus immutabilis est, quae est seram spiritualium natura, quae quassatione...

possunt. Corpus, atque exterior species ejuscumque adionis pluribus est obnoxia mutationibus; unde proficiuntur varix penitentia exercitationes, cum antiqua, tum nova. Sed interior spiritus nondum mutari potuit; in eo quippe penitentia essentia consistit; cum externae exercitationes, atque asseritatis illius quidem effectus sint, non autem pars essentialis. Itaque sine hoc spiritu, qui in peccatorum dolore, constantique proposito non ulterius peccandi consistit, ipsam penitentiam Sacramentum omnino effectu careret, atque externa, quaecumque severitas inutilis esset.

Quid intelligenda pro contritione penitentia, quae est efficacia.

Ut clarior hucusque dicta explicentur, cum dicimus fidelem post Baptismi gratiam amissam Conventum reliquo vita suae spatio penitentiam agere debere, non ideo vult Ecclesia peccatorem convertendum damnare, ut assiduis maceretur jejuniis, atque asperimis afflicteret ciliis. Hanc quidem olim, & longe severiorem cum fructu disciplinam retinuit, nobisque esse curae illa deberet, ut hanc in nosmetipsos exerceremus severitatem, & pia Matris indulgentia non abuteremur: sed ultra cum constantia, atque fervore satisfactiones hujusmodi amplecteremur: verumtamen ea semper prodest, ut assidua sit nostra penitentia. Quid hoc rei est? Numquid praecipit, ut peccator conversus reliquos dies suos in jejiis, & actuali peccatorum suorum penitentia traducat? Haud ita sane; humana enim infirmitas statum hunc pati non potest, nihilque a nobis exigit Deus, quod supra vires nostras sit positum. Illud vero poscit Ecclesia, ut qui Dei iram promeruit legis ipsius perfractioe, reliquo vitae spatio fuit ingratitude, atque perfractioe memoriae habitualem retineat, quae per intervalla aeternalem excitet dolorem. Ad hanc exigit, ut conversus peccator in omni vita suae ratione praesentat sanctum suimet ipsius odium, perfectam Divinis imperiis submissionem, vividamque pietatis fervorem; hi quippe virtutis verae penitentia sunt fructus.

Penitentia in eo, quo isthic accipimus sensu, cum quodammodo sit & Dei ad hominem, & hominis ad Deum conversio; orthodoxae veritatis est, opus utriusque requiri; Dei quidem per gratiam, hominis vero per consentium, liberamque divinae voluntati submissionem. Hac de causa in Scripturis sanctis nonnumquam peccator ad Deum confugit, & ab eo petit, ut convertatur: *converte me, & convertar*: Jerem. 31. Aliquando vero Deus ipse peccatorem accersit, & ab eo petit, ut convertatur; *Convertimini in toto corde vestro*: Joel 2. namque ad veram penitentiam requiritur, ut Deus peccatorem clementissimo dignetur obtutu, qui Dei reditus, & conversio erga nos appellatur, & peccator per vitae mutationem, sinceramque scelerum suorum penitentiam, clementi huic misericordiae obtutu respondet, quae peccatoris conversio vocatur. Hac autem in re animadvertendum est primo, in peccatoris penitentia, vel conversione semper Deum primum agere, ipsum nos praevertere, vocare, sollicitare, & interioribus gratis urgere: 2. Nobis vitio vertendum esse, nisi convertamur: numquam enim desunt nobis gratiae, quae ad id absolute necessariae sunt; quamvis adeo pertinaces adeoque iniquitatibus addicti peccatores inveniantur, quibus nulla reliqua est ad conversionem via praeter orationis gratiam, nemini unquam negatam; per quam orare, & obtinere possunt gratias vehementiores, magisque immediatas, ut sese res ipsa convertant.

Quibus gradibus fit in Peccatore conversio.

In Tridentini Concilii Catechismo docemur per hos gradus ad veram perveniri penitentiam. 1. Dei misericordia peccatorem praeverit, ejusque cor movet. 2. Hoc lumine praeventus peccator interius per fidem accedit ad Deum: ut enim (quemadmodum docet Apostolus) accedamus ad eum primo credendum est Deum esse, & hunc esse iniquitatum se remuneratorem. 3. Cor nostrum incensit timor aeterni supplicii. 4. Spes Divinae misericordiae obtinendae consilium immittit vitae genus immutandi, postquam peccatorem laesi Numinis precaverit. 5. Denique veritate cor illius calefacientis filialis oritur timor, qui efficit, ut unice dolens, quod Deum ipsum vel in minima re offendit, prorsus peccati habitum abiciat, totisque immutetur.

Peccatoris conversio non parte Dei consistit.

Quaerunt Theologi, eamnam ex divinis perfectionibus peccatorum conversio accepta sit referenda? utrum hic effectus sit misericordiae, an sapientiae, an denique potentiae? Extra omnem dubitationis

aleam positum est, tria haec attributa aliquid operi huic conferre: verum, ut intelligamus, quoniam sit singulorum pars, tres distinguendi sunt actus, vel operationes Dei in gratiarum suarum distributione; videlicet decretum, directio, & executio. Dei bonitatis est decernere peccatorum conversionem: non enim gratiam hanc mereri possumus, neque Deum cogere, ut eandem nobis impertiat. Sapientia dirigit, adest, disponit, eligit occasiones, in quibus praeficit Deus futurum, ut Peccator suis sollicitationibus cedat. Hoc denique potentia exequitur, quandoquidem dici potest in hoc opere summam Dei potestatem impendi. *Hae mutatio dextere excelsi*, Psal. 76.

Cum dicimus Deum disponere occasiones convertendi peccatorem, ne putes opus esse, ut Deus quaeat, vel praestoletur occasiones, in quibus suas gratias conferat, & quae sint efficaces. Ipse a tempore non pendet, cumque sit supremus bonorum suorum dispensator, saepe etiam has gratias elargitur his in occasionibus, quae oppositae sunt finibus suis, iisque personis, quae isdem reluctantur. At tamen sapientiae, ac supernaturalis providentiae effectus est, haec subsidia, has gratias conferre iis in occasionibus, quae efficiunt, ut libentius accipiantur, peccatorem iis circumstantiis, iisque temporibus afficiendo, quibus ipsius voluntas minus a penitentia distat, & paratior est, ut sese divinae voluntati submittat.

Diximus jam, conversionem hanc in cordis penitentia consistere. Hanc autem, cordis penitentiam tunc habemus, cum sperantes nos Dei misericordiam, & peccatorum veniam assecutos ad ipsum ex toto corde convertimur, parata scelerum execramur, atque firmum, & constantem consilium suscipimus vitae rationem mutandi. Quoniam vero penitentiam hanc dolor, & tristitia concomitantur, quae agitatio quaedam est, & afflictio; immo quemadmodum a plerisque vocatur, passio a peccati horrore inseparabilis; inde profectum est, ut vulgo haec nomina confundantur: conversio peccatoris, laesi Numinis dolor, interior Spiritus, & cordis penitentia.

Dolor ob Dei laesam majestatem, quae prima, & praecipua est pars conversionis, necessario supernaturalis esse debet: cum enim peccati destructio, & animae ad Deum conversio, sint supernaturales effectus, signi non possunt, nisi per dolorem, qui & ipse supernaturalis sit. Opus est igitur Dei gratiam principium esse lacrymarum, quas penitens peccator effundit, & quas Numinis amili dolor efficit, sunt enim, ut ait Tertullianus, pretium, quo iactura nostra reparatur. Quamvis autem alibi de penitentiae Sacramento locuti atulerimus ea, quae docent Theologi, de contritione, quae Sacramenti ejusdem pars est potissima; opera tamen pretium est animadvertere, hunc ipsum dolorem adeo necessarium pro penitentia, quatenus virtus est, habere debere easdem conditiones, easdemque qualitates. Hoc voluntarium est odium peccati ex Divi Thomae sententia; non igitur simplex est passio: odium est peccati, quo ad illud destruendum excitatur: non igitur simplex est cessatio, vel intermissio peccati; odium est cum dolore conjunctum, igitur verbo tenus odium est; sed cor ipsum pervadit: odium est, & detestatio peccati; non igitur rugitus est, qualem edidit Esau, neque cogitanda est vultus consternatio, qualis fuit Cain, neque simplex praeteritorum malorum memoria, qualis Antiochi: *Reminiscor malorum quae feci in Jerusalem*: 1. Mach. 6. Sed animae odium est, interior detestatio, compunctio, eandem vulnerans; cordis contritio, quae ejusdem mollit duritiam; atque voluntatis tristitia, quae eandem laetantia salutem operatur.

De conversioe ex parte peccatoris considerata.

De laesi Numinis dolore penitentiam consequentem.

Quamvis peccatoris conversio vera, & sincera esse non possit citra amaritudinem, & peccatorum dolorem, qui, ut loquuntur Theologi, appetitivae major sit doloribus quibus creatorum bonorum iactura non possit elidere; hoc tamen non obest, quominus conversio vera sit, & realis, licet summum hunc Conversionis apicem non attingit. Crebro etiam accidit, ut verum temporalium magis, quam spiritualium iactura nos mereore conficiat: exempli gratia non desunt, qui nonnumquam magis dolent ob amici, vel filii interitum, quam propter peccata sua, quamquam vero horum dolore tangatur. Ideo hic dolor, & haec detestatio in voluntate esse debet, nec requiritur necessarius, ut sit in appetitu. Hoc ipsum de

lacrymis ex aequo dicendum est; quamvis enim in penitentia sint optandae, nihilque iustus, & aequus esse possit, easque Scripturae, & Patres commendent tamquam sensibilibus doloris notam, cum, ut loquitur Sanctus Augustinus, sint quodammodo sanguis vulnerati cordis per oculos tamquam proprios rivulos effusus; illa tamen si desint, nihilominus dolor peccatorum verus esse potest, atque sincerus.

Notae conversioe verae, verique doloris peccatorum.

Cum duplex tristitiae genus ab Apostolo distinguatur, quarum altera, quae secundum Deum appellatur, salutarem penitentiam producat: *Quae secundum Deum tristitia est, penitentiam in salutem stabilem operatur*. 2. Cor. 7. altera vero saeculi est, & producit mortem; *Saeculi autem tristitia mortem operatur*; illa, quae secundum Deum est, & oritur ex dolore divinae laesae majestatis, agnoscitur ex effectibus, quos producit, qui totidem sunt ejusdem veluti notae, quae paucis verbis Sanctus Bernardus collegit: *Operatur sollicitudinem, indignationem, timorem, desiderium, emulationem, vindictam*. Prima nota est, si haec tristitia, vel dolor ob Deum laesum nobis sollicitam injicit curam salutis nostrae; altera si in nobis contra nosmet ipsam excitet indignationem; tertia si nobis salutarem judiciorum Dei merum incutiat; quarta si efficacius illius amandi, ejusque inservidendi desiderium accendat; quinta si piam in nobis ciet emulationem ad eos imitandos, qui diligunt Deum, ejusque famulantur; sexta denique si nos impellat ad reparandas severa vindicta contumelias, quibus Deum ipsum offendimus. Haec nota sunt, hi characteres, ex quibus de penitentia, & conversionis nostrae sinceritate judicare debemus.

Penitentia naturae.

Quaerit Sanctus Thomas, utrum penitentia sit virtus peculiaris, & ab alia quavis morali virtute distincta; atque affirmative concludit; seu quod Evangelium peculiare proponit hujus virtutis praecipuum a reliquis omnibus distinctum; seu quod in penitentiam occurrit peculiaris bonitatis, ac excellentiae ratio, per quam penitens in id unum incumbit, ut peccatum commissum destruat, quatenus peccatum hoc Deo inferat contumeliam: quod sane peculiarem continet causam ab aliis virtutibus procul diversam, & in qua penitentia cum nulla alia virtute concurrat. Addit autem laudatus Doctor, hanc eandem penitentiam quatenus virtutem esse iustitiae praecipuum; seu quod illius sit injuriam ulcisci contra Deum admissam, quae quidem ultio, uti liquet, actus est iustitiae propriae; seu quod per actus, & opera, quae dirigit, & ad quae impellit, Deo reddere conetur honorem, & cultum, qui eidem debetur, & quem peccatum praecedens illi eripuerat; quod quidem, & ipsum quidem est iustitiam alii illatam reparans. Verum quidem est iustitiam, quae in penitentia invenitur, nulla enim tale esse potest inter creaturam, & Creatorem, quemadmodum neque inter servum, & Dominum, inter Patrem, & Filium; ea nihilominus est quaedam species iustitiae. Haec est magis illius doctoris doctrina, quam nosse oportet, ut hac in re nihil absurdum dicatur.

Conversio integra esse debet.

Notandum est, quemadmodum fides, & charitas sunt indivisibiles, ita hunc quidem Religionis articulum credere, illum autem non item, idem sit ac prorsus fidei supernaturali, & divinae carere, quae lae ad omnia revelata objecta sese debet extendere, & unum quidem praecipuum observare, non aliud, quod aequo irrogatum est, idem est, ac penitus omnem exuere charitatem, cuius officia separari non possunt: eadem ratione de peccatorum penitentia, & conversione esse differendum; atque inferendum, quod unius lethalis nexu contra Deum paratae, non autem alterius agere penitentiam, haec non est penitentia vera sincerisque dolor. Itaque Conversio nostra dividi nequaquam potest; eaque, integra esse debet, atque completi per omnium peccatorum dolorem, firmumque, & constantem propositum ea ulterius non perpetrandi. In Peccatoris Conversione virtutum omnium coetus invenitur. Fides quidem interesse debet, ut credatur merces promissa aditantibus mundi vanitates, & voluptates, quibus divina lege sunt interdicitum; spes, ut confidamus in promissionibus Dei veniam polliciti peccatorum, quae cor contritum, & humilitatum detestatur; charitas, ut procul ex corde expellatur alius quilibet amor, quam Dei, cui per conversionem cor nostrum devovetur, *Hodary Bibl. Tom. 1.*

& consecratur; Fortitudo ad nosmet contra pusillanimitatem, quae passim optima perturbant consilia, confirmandos.

Opus non est, ut innocentiam cum penitentia conferamus, neque aditatur eorum exaequare bonam, ut commendamus beneficium Redemptoris, qui in lege gratiae alteram nobis hanc virtutem tradidit, quae originali iustitiae supplere valeamus. Dici posset, penitentiam eos colligere thesauros, quos innocentia fortasse neglexisset, illam in laboribus magis infatigabilem, tutiorem in humilitate, gratiorumque esse eo quod majoribus aucta est beneficiis. Verum, quoniam haec quaestio intus, & in cute nobis sit inspicienda, notate satis est, penitentiam duo complecti; peccatum, quod supponit, & gratiam, quae ipsum deletur. Quatenus peccatum supponit, intra innocentiam est, tamen vitio hominis dumtaxat: quatenus vero completitur potentem gratiam delentem peccata, augentemque penitentium fervorem; ipsam innocentiam vel exaequat, vel exsuperat, efficitque, ut Redemptoris gloria magis effulgeat. Quemadmodum enim Dei enitit omnipotentia ex nihilo universa educens; similiter Redemptor Mundum peccatis corruptum reparans, satis ostendit, in hoc nihilo non patuisse minus infinitam suam potestatem. Hoc unum animadvertimus discrimen, quod in redemptionis gloriam cedit; licet utrumque hoc opus sit principii ejusdem effectus; posterius tamen esse admirabilis, quia major oppositio, atque distantia inter peccatum, & gratiam, quam inter nihilum, & esse invenitur.

Innocentia cum penitentia comparatio.

In corde penitentia consummari debet, quod in corde consummatur peccatum. Peccatum vere peccatum non est, donec in mente consistit; omnino peccatum non est, nisi cor illud approbet, eique assentiatur: penitentia quoque donec in mente retinetur, inchoata tantum est, & propria penitentia non est, nisi in cor ipsum descenderit. Omnes autem cordis affectiones ad duas potissimum rediguntur, & amorem, & odium, qui duo motus magis naturales sunt inter eos qui ex voluntate possunt proficisci. Quod malum in corde peccatum gignit? Hoc sane, quod mundi corruptio ibi Dei locum usurpat. Fatuum cor amorem suum Mundo, a quo corrumpitur, impendit; hic enim efficit, ut penitens oderit, quicquid inordinato creaturam rerum amori advesatur. Quid e contra in corde facit penitentia? In peccatore ad Deum suum accedente divinum amorem producit, & efficit quicquid illum evertere potest, eademque impossitum aliquid in labem adspicere potest: haec enim est Sancti Augustini sententia tota est essentia penitentiae. *Penitentiam veram non facit, nisi amor Dei, & odium Peccati*.

Hoc in loco discipendum non est, utrum amor, qui reconciliationem nostram operari debet, mere esse debeat benevolentiae, an concupiscentiae? His subscribo, quae Scripturae, & Patres docent; videlicet propter verum Dei amorem ea omnia, quae Dei sunt, generatim esse praerenda iis, quae non sunt: loquitur autem de iis rebus, quae sunt impedimentum, vel conditio ad habitualem gratiam; quin ad examen revocem, utrum hic amor ex liberali, vel secus charitate procedat. Deus rebus omnibus praerendus est, ut eae charitate diligatur, quae in vera conversione requiruntur.

Quomodo amor Dei fit pro vera penitentia necessaria.

PARAGRAPHUS VI

Delecti ex Asceticis, Neotericisque Concionatoribus loci hujus Argumenti.

Nulla unquam vera conversio fieri potest, quin Deus cor prorsus immatet, vel potius, quin cor carneum illis tribuat, qui habent lapideum, ut facilius motibus spiritus sui, & gratiae suae impressionibus pateant. Denique cum Deus prodigium hoc vult operari peccatoribus odium seculi insperet opus est, & quin peccator ejusdem seculi consuetudinibus conformetur, seipsum omnino reformet vera renovatione, integraque extinctione spiritus erroris, atque mendacii, a quo possidetur: *Nolite conformari huic saeculo; sed reformamini in novitate sensus vestri*; ad Rom. 12. ut agnoscat, secundum ejusdem Apostoli verba Dei voluntatem, quid illi acceptum sit, quid bonum, atque perfectum, amplectatur vivendi genus antea vitae prorsus oppositum, videlicet incipiat odisse, quod

Conversio esse debet cordis, & conscientiae mutatio.